

10. Quam pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa! pulchriora sunt ubera tua vino, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

11. Favus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

12. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.

13. Emissiones tuæ paradisi malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo,

14. nardus & crocus, fistula & cinnamomum cum universis lignis Libani, myrrha, & aloë cum omnibus primis unguentis.

15. Fons hortorum: puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.

16. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

## CAPUT V.

*Sponsa invitât sponsum ut in hortum suum descendat; ibi fit messio mystica, & dulce convivium. Quibus notis dignoscatur sponsum, & ab aliis secernatur.*

1. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum soror mea sponsa, messi myrrham meam cum aromatibus meis: comedi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.

2. Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium.

3. Expoliavi me tunicâ meâ, quomodo induar illâ? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?

4. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.

5. Surrexi, ut aperirem dilecto meo: manus meæ stillaverunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatissimâ.

6. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinaverat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, ut locutus est: quesivi, & non inveni illum: vocavi, & non respondit mihi.

7. Invenierunt me custodes qui circummeunt civitatem: percusserunt me, & vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum,

8. Adiuro vos filiæ Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nunciatis ei quia amore langueo.

9. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos?

10. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.

11. Caput eius aurum optimum: Comæ eius sicut elatæ palmarum, nigra quasi corvus.

12. Oculi eius sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima.

13. Genæ illius sicut areolæ aromatum consite a pigmentariis. Labia eius lilia distillantia myrrham primam.

14. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus sapphiris.

15. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundate sunt super bases aureas. Species eius ut Libani, electus ut cedri.

16. Guttur illius suavissimum, & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Jerusalem.

17. Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinavit dilectus tuus, & quaeremus eum tecum?

## CAPUT VI.

*Nova sponsæ enomia, cum a sponsa ipsa, tum a sodalibus; decora est simul & terribilis.*

1. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat.

2. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

3. Pulchra es amica mea, suavis, & decora sicut Jerusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.

4. Averte oculos tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.

5. Dentis tui sicut grex ovium, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis foetibus, & sterilis non est in eis.

6. Sicut cortex mali punicî, sic genæ tuæ absque occultis tuis.

7. Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus.

8. Una est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam præ-

di-

dicaverunt: reginæ & concubinæ, & laudaverunt eam.

9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata?

10. Descendi in hortum pucum, ut viderem poma convallium, & inspicerem si florisset vinea, & germinasset mala punicæ.

11. Nescivi: anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab.

12. Revertere, revertere Sulamitis: revertere revertere, ut intueamur te.

## CAPUT VII.

*Laudatur sponsa ob reportatas de hostibus, externis, & domesticis, victorias; ob prolis fecunditatem, & præclaram educationem.*

1. Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis! Iuncturæ femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.

2. Umbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus liliis.

3. Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capræ.

4. Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascus.

5. Caput tuum ut Carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis vinctæ canalibus.

6. Quam pulchra es, & quam decora charissima, in deliciis!

7. Statura tua assimolata est palmæ, & ubera tua botris.

8. Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt ubera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut malorum.

9. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum.

10. Ego dilecto meo, & ad me converſio eius.

11. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.

12. Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si florerunt mala punicæ: ibi dabo tibi ubera mea.

13. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: nova & vetera, dilecte mi, servavi tibi.

## CAPUT VIII.

*Ardet sponsa desiderio sponsi; gloria, & delicia sponsæ; & perfecta dilectionis leges.*

1. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?

2. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.

3. Lava eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

4. Adiuro vos filiæ Jerusalem, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

5. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? Sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.

6. Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum: quia fortis est ut mors dilectio. Dura sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammaram.

7. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domûs suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.

8. Soror nostra parva, & ubera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?

9. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cédrinis.

10. Ego murus: & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.

11. Vineâ fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.

12. Vineâ mea coram me est. Mille tui pacifici, & decenti his, qui custodiunt fructus eius.

13. Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.

14. Fuge dilecte mi, & assimilare capræ, hinnuloque cervorum super montes aromatum.

LI-

# LIBER SAPIENTIÆ.

**L**iber hic, SAPIENTIÆ LIBER dicitur, quod de Sapiëntia tam increata quàm creata, sublimius diviniusque tractet. Apud Græcos inscribitur SAPIENTIÆ SALOMONIS; quod si non ipsiusmet libri scriptor sit Salomon, ut voluerunt Irenæus, Tertullianus, Ambrosius, & alij; sententiarum saltem ac sensuum sit auctor, quod ipsa libri verba testantur, cap. 9. v. 7. Tu elegisti me Regem populo tuo, & dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo. Quis autem illas sententias Græcè expresserit, incertum est. Quidam id Philoni seniori tribuant, quem Iosephus libr. 1. contra Appionem Demetrio Phalaræo iungit; alij etiam unum ex Septuaginta Interpretibus fuisse autant: unde hic liber, Siracidæ, utpote antiquior, ordine preponitur.

Dividitur autem in tres partes. PRIMA, ad caput 7. usque, hortatur ad zelum & amorem sapientiæ. SECUNDA, hinc usque ad cap. 10. explicat originem sapientiæ. TERTIA, quæ superest, effectus & fructus sapientiæ proponit.

## CAPUT PRIMUM.

Iudices sint iusti; Dominus invenitur si simplici corde & fide queratur; fugit autem a peccatoribus & vanis cogitationibus; cùmque omnia repleat, nihil eum latere potest; murmuratio, detractio & mendacium detestanda; omnia fecit Deus ad vitam, non mortem intendens, quam sibi peccatores accersierunt.

\* 3. Reg. 3.  
9. Isai. 56. 1.



iligite \* iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum:

\* 2. Paral. 15. 2.

2. \* quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum: 3. perversæ enim cogitationes separant a Deo: probata autem virtus corripit insipientes.

\* Gal. 5. 22.  
\* Jer. 17. 10.

4. quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. 5. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sinè intellectu, & corripit a superveniente iniquitate.

\* Isaiæ 6. 3.

6. \* Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum a labiis suis: \* quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & lingue eius adiutor. 7. \* Quoniam spiritus Domini replevit orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.

8. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium.

9. In cogitationibus enim impij interrog-

gatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.

10. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur.

11. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest, & a detractioe parcite linguæ, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem, quod mentitur, occidit animam.

12. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.

13. \* Quoniam Deus mortem non fecit, nec letatur in perditione vivorum. 14. Creavit enim, ut essent omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra.

15. Iustitia enim perpetua est, & immortalis. 16. Impij autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, deflexerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.

## CAPUT II.

*Omnis impiorum vitæ futuræ spem non habentium scopus est frui huius vitæ voluptatibus, ideoque iustum, qui diversum respicit finem ferre nequeunt, sed ad mortem usque persequuntur; sicut & diaboli invidiâ homo a Deo creatus immortalis, factus est mortalis.*

1. Dixerunt enim cogitantes apud se non rectè: \* Exiguum, & cum tedio est tempus vitæ nostræ, & non est

\* Ezech. 18. 32. & 33. 11.

\* Job 7. 1. & 14. 1.

re-

refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reversus ab inferis:

2. quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam non fuerimus: quoniam fumus factus est in naribus nostris: & sermo scintilla ad commovendum cor nostrum:

3. quæ extinctâ, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffunderet tamquam mollis aër, & transibit vita nostra tamquam vestigium nubis, & sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est a radiis solis, & a calore illius aggravata:

4. & nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum.

5. \* Umbra enim transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo revertitur.

6. \* Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & utamur creaturâ tamquam in inventute celeriter.

7. Vino pretioso, & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis.

8. Coronemus nos rosis, antequàm marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.

9. Nemo nostram exors sit luxuriæ nostræ: ubique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors.

10. Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec veterani revereamur canos multi temporis.

11. Sit autem fortitudo nostra lex iustitiæ: quod enim infirmum est, inutile invenitur.

12. Circumveniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.

13. \* Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat.

14. \* Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum.

15. Gravis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutata sunt viæ eius.

16. Tamquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se a viis nostris tamquam ab immunditiis, & præfert novissimam iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum.

17. Videamus ergo si sermones illius

\* 1. Paral. 29. 15.

\* Isai. 22. 13. & 56. 12.  
1. Cor. 15. 32.

\* Matth. 27. 43.

\* Ioann. 7. 7.

veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt novissima illius:

18. \* Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum.

19. Contumeliâ & tormento interrogemus eum, ut sciamus reverentiam eius, & probemus patientiam illius.

20. \* Morte turpissimâ condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius.

21. Hæc cogitaverunt, & erraverunt: excæcavit enim illos malitia eorum.

22. Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem speraverunt iustitiæ, nec iudicaverunt honorem animarum sanctorum.

23. \* Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.

24. \* Invidiâ autem diaboli mors introivit in orbem terrarum:

25. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius.

## CAPUT III.

*De felicitate iustorum, qui in hac vita ab impiis contempti, tentationibus a Deo probati fuerunt; & de infelicitate impiorum; item de castitatis & bonorum operum mercede; ac infelicitate filiorum adulterorum.*

1. Iustorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.

2. Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio exitus illorum:

3. & quod a nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace.

4. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitatis plena est.

5. In paucis vexati, in multis benè disponuntur: quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos se.

6. Tamquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.

7. \* Fulgebunt iusti, & tamquam scintille in arundinetis discurrent.

8. \* Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

9. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acq-

\* Psal. 21.

\* Jer. 11. 19.

\* Gen. 1. 27. & 2. 7. & 5. 1. Eccli. 17. 1.

\* Gen. 3. 1.

PLUR. MART. TEM. P. P. ASC. H. Deut. 33. 3. Iefr. 5. 4.

\* Matth. 13. 43.

\* 1. Cor. 6. 2.



legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis.

6. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum his, qui præsumunt, fiet.

7. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.

\* Deut. 10. 8. \* Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus.

2. Par. 19. 7. Eccli. 35. 15. Actor. 10. 34. Rom. 2. 11. Galat. 2. 6. Epbes. 6. 9. Col. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.

9. Fortioribus autem fortior instat cruciatio.

10. Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, & non excidatis.

11. Qui enim custodierint iusta iustè, iustificabuntur: & qui didicerint ista, invenient quid respondeant.

12. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam.

13. Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia, & facillè videtur ab his qui diligunt eam, & invenitur ab his qui quærunt illam.

14. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat.

15. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inveniet.

16. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus: & qui vigilaverit propter illam, citò securus erit.

17. Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni providentia occurrit illis.

18. Initium enim illius verissima est disciplina concupiscentia.

19. Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custodia autem legum, consummatio incorruptionis est:

20. In corruptio autem facit esse proximum Deo.

21. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum.

22. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ò reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis.

23. Diligite lumen sapientiæ: omnes qui præestis populis.

24. Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit referam: & non abscondam a vobis sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo, & ponam in

lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem:

25. neque cum invidia tabescente iter habebò: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.

26. Multitudo autem sapientium sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est.

27. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

## CAPUT VII.

Cum unus sit omnibus introitus ad vitam, & similis exitus; præ omnibus eligenda est sapientia, adserens secum cuncta bona, habens secum spiritum intelligentiæ multiplicem; & quæ hic mirum in modum extollitur, quamque abundè auctor fuerat assecutus.

1. SUM quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro,

2. decem mensium tempore \* coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conveniente.

3. Et ego natus accepi communem aërem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans.

4. in involumentis nutritus sum, & curis magnis.

5. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium.

6. \* Unus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.

7. Propter hoc optavi, & datus est mihi sensus: & invocavi, & venit in me spiritus sapientiæ:

8. & præposui illam regnis & sedibus; & divitiis nihil esse duxi in comparatione illius.

9. \* nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tamquam lutum æstimabitur, argentum in conspectu illius.

10. Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam; quoniam inextinguibile est lumen illius.

11. \* Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.

12. & lætatus sum in omnibus; quoniam antecedeat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est.

13. Quam

13. Quam sine fictione didici, & sine invidia communico, & honestatem illius non abscondo.

14. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitie Dei, propter disciplinam donec emendati.

15. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator:

16. in manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia & disciplina.

17. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram: ut sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum,

18. initium, & consummationem, & medietatem temporum; vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum,

19. anni cursus, & stellarum dispositiones,

20. naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum,

21. & quæcumque sunt absconsa & improvisa, didici: omnium enim artifex docuit me sapientia.

22. est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens,

23. humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis.

24. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam.

25. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit.

26. \* candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.

27. Et cum sit una, omnia potest: & in se permanens omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit.

28. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat.

29. Est enim hæc speciosior sole, &

super omnem dispositionem stellarum luci comparata invenitur prior.

30. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

## CAPUT VIII.

Cum sapientiam comitentur omnia desiderabilia, summè ambienda est, & a Deo petenda, a quo solo datur continentia.

1. Attingit ergo a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.

2. Hanc amavi, & exquisivi a iuventute mea, & quesivi sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.

3. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed & omnium Dominus dilexit illam.

4. doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius.

5. Et si divitiæ appetuntur in vita, quid sapientiâ locupletius, quæ operatur omnia?

6. Si autem sensus operatur: quis horum, quæ sunt, magis quam illa est artifex?

7. Et si iustitiam quis diligit: labores huius magnas habent virtutes: sobrietatem enim, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus.

8. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat: scit versutias sermonum, & dissolutiones argumentorum: signa & monstra scit antequam fiant, & eventus temporum & sæculorum.

9. Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum: sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationum & tædij mei.

10. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuvenis:

11. & acutus inveniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me:

12. tacentem me sustinebunt, & loquentem me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent.

13. Præterea habeo pro hac, immortalitatem: & memoriam æternam his, qui post me futuri sunt, relinquam.

14. Disponam populos: & nationes mihi erunt subditæ.

15. Timebunt me ædentes reges horum

Ggg

ren-

rendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.

16. Intrans in domum meam, conqueſcam cum illa: non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium convictus illius, sed lætitiã & gaudium.

17. Hęc cogitans apud me, & commemorans in corde meo: quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ.

18. & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquẽte illius sapientiã, & præclaritas in communicatione sermonum ipsis: circuibam quærens, ut mihi illam assumerem.

19. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam.

20. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus incoquinatum.

21. Et ut scivi quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum: adiï Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordiis meis.

CAPUT IX.

*Oratio sapientis cum agnitione propria imbecillitatis, ad impetrandam a Domino sapientiã, quæ cum omnibus necessaria sit, potissimum tamen rectoribus populorum; incerta est enim humana sapientiã.*

3. Reg. 3. 7.

1. **D**EUS patrum meorum, & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo,

2. & sapientiã tuã constituisti hominem, ut dominaretur creaturæ, quæ a te facta est,

3. ut disponat orbem terrarum in equitate & iustitiã, & in directione cordis iudicium iudicet:

4. da mihi sedium tuarum assistricem sapientiã, & noli me reprobare a pueris tuis:

\*Psal. 115. 16.

5. \* quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij & legum.

6. Nam & si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientiã tuã, in nihilum computabitur.

\*1. Par. 28. 4. & 5.

7. \* Tu elegisti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum:

2. Par. 1. 9.

8. & dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in civitate habitacionis tuæ, altare, similitudinem tabernaculi

sancti tui, quod præparasti ab initio:

9. \* & tecum sapientiã tuã, quæ novit opera tuã, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & sciebat quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.

\* Prov. 8. 22. & 27. Ioann. 1. 1.

10. Mitte illam de cælis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te:

11. scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia.

12. Et erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei.

13. \* Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?

\* Iai. 40. 13. Rom. 11. 34. 1. Cor. 2. 16.

14. Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ providentiæ nostræ.

15. Corpus enim, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

16. Et difficile æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, invenimus cum labore. Quæ autem in cælis sunt quis investigabit?

17. Sensus autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiã, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis:

18. & sic correctæ sint semitæ eorum, qui sunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines?

19. Nam per sapientiã sanati sunt quicumque placuerunt tibi Domine a principio.

CAPUT X.

*Commendatur sapientiã quod servaverit & a malis liberaverit Adam, Noë, Abraham, Lot, Iacob, Ioseph, Moysen, per quem filios Israël de Ægypto duxit per Mare rubrum, demersis in eo Ægyptiis.*

1. **H**ÆC illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit.

Gen. 1. 27.

2. \* & eduxit illum a delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia.

\* Gen. 2. 7.

3. \* Ab hac ut recessit iniustus in irasua, per iram homicidij fraternali perierit.

\* Gen. 4. 8.

4. \* Propter quem, cum aqua deleteret terram, sanavit iterum sapientiã, per contemptibile ligum iustum gubernans.

\* Gen. 7. 11.

5. \* Hęc & in consensu nequitiæ cum se nationes contulissent, scivit iustum, &

\* Gen. 11. 2.

CAPUT XI.

*Sapientiã filios Israël per desertum deduxit, devictis inimicis, datusque e para aquis; punitis autem multiplici flagello idololatris Ægyptiis; cum tamen Deus omnium quærens salutem, longanimiter toleret peccatores, ut respiciant, quos univeros solo suo nutu continuo perdere passeret.*

1. **D**Irexit opera eorum in manibus prophetae sancti.

Exod. 16. 1.

2. Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in locis desertis fixerunt casas.

3. \* Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicaverunt.

\* Exod. 17. 13.

4. \* Siterunt, & invocaverunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro.

\* Nam. 20. 11.

5. Per quæ enim ponus passi sunt inimici illorum, a defectione potus sui, & in eis, cum abundarent filij Israël, lætati sunt;

6. per hæc, cum illis deessent, benè cum illis actum est.

7. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustus.

8. Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperatè,

9. ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & adversarios illorum necares.

10. Cum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur.

11. Hos quidem tamquam pater moneus probasti: illos autem tamquam durus rex interrogans condemnasti.

12. Absentes enim & præsentès similiter torquebantur.

13. Duplex enim illos acceperat tedium, & gemitus cum memoria præteritorum.

14. Cum enim audirent per sua tormenta benè secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus.

15. Quem enim in expositione prava proiectum deriserunt, in finem eventus mirati sunt: non similiter iustus sitientes.

16. Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, \* quod quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias supervacuas, immisit illis multitudinem mutorum animalium in vindictam:

\* Infr. 12. 24.

conservavit sine querela Deo, & in filij misericordiã fortem custodivit.

\* Gen. 19. 17. & 22.

6. \* Hęc iustum a pereuntibus impiis liberavit fugientem, descendente igne in pentapoli:

7. quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis.

8. Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi sunt ut ignorarent bona, sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriã, ut in his, quæ peccaverunt, nec latere potuissent.

9. Sapientiã autem hos, qui se observant, a doloribus liberavit.

\* Gen. 28. 5. & 10.

10. \* Hęc profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestavit illum in laboribus, & complevit labores illius.

CON-FES. VEL M. A. R. T. N. O. N. P. O. N. T. I. F.

11. In fraude circumventum illum affuit illi, & honestum fecit illum.

12. Custodivit illum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi ut vinceret, & secreta quoniam omnium potentior est sapientiã.

\* Gen. 37. 28.

13. \* Hęc venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam,

\* Gen. 41. 40.

14. \* & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui macularunt illum, & dedit illi claritatem æternam.

Act. 7. 10.

\* Exod. 11. 11.

15. \* Hęc populum iustum, & semen sine querela liberavit a nationibus, quæ illum deprimebant.

16. Intravit in animam servi Dei, & stetit contra reges horrendos in portentis & signis.

PLURIM. MART.

17. Et reddidit iustus mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem:

\* Exod. 14. 22.

18. \* transtulit illos per mare rubrum, & transvexit illos per aquam nimiam.

Psal. 77. 13.

19. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iustitulerunt spolia impiorum,

\* Exod. 12. 35.

20. \* & decantaverunt Domine nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudaverunt pariter:

\* Exod. 15. 1.

21. quoniam sapientiã aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

17. ut scirent quia per que peccat quis, per hæc & torquetur.

18. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia inuisa, \* immittit illis multitudinem ursorum, aut audaces leones, \* *Levit. 26. 22. Infr. 16. 1. Ier. 8. 17.*

19. aut novi generis irâ plenas ignotas bestias, aut vaporem ignium spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes.

20. quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere.

21. Sed & sine his uno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.

22. Multum enim valere, tibi soli supererant semper: & virtuti brachij tui quis resistet?

23. Quoniam tamquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tamquam gutta rosis antelucani, quæ descendit in terram.

24. Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam.

25. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti.

26. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod a te quoniam non esset, conservaretur?

27. Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

## CAPUT XII.

*Ostendit quantâ clementiâ & longanimitate Deus corripuerit peccatores terræ sanctæ incolæ, non subito eos delens, cum non illos tantum, sed & omnes nationes, nulli illatâ iniuriâ, tamquam solus omnium Dominus perdere posset: hæc videlicet erga inimicos clementiâ, electos suos de se suâque bonitate bene sperare faciens, eosque a peccatis revocans.*

1. **O** Quam bonus, & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus!

2. Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: ut relicta malitiâ, credant in te Domine.

3. \* Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti,

\* Deut. 9. 2. & 12. 29. & 18. 12.

4. quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta,

5. & filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum, & devoratores sanguinis a medio sacramento tuo,

6. & auctores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti per manus parentum nostrorum,

7. ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra.

8. Sed & his tamquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitûs tui vespas, ut illos paulatim exterminarent.

9. Non quia impotens eras in bello subdere impios iustus, aut bestias sævis, aut verbo duro simul exterminare:

10. \* sed partibus iudicans dabas locum penitentiae, non ignorans, quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum.

11. Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

12. Quis enim dicit tibi: Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti?

13. Non enim est alius Deus quam tu, \* cui cura est de omnibus, ut ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium.

14. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his, quos perdidisti.

15. Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas a tua virtute.

16. Virtus enim tua iustitiæ initium est: & ob hoc quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.

17. Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum, qui te nesciunt, audaciam trahucis.

18. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reverentia disponis nos: subest enim tibi, cum vuleris, posse.

19. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum in peccatis penitentiae.

\* Exod. 23.

30. Deut. 7.

22. Ier. 10.

1. 1. Petr. 5.

7. Rom. 1. 13.

1. Deut. 4.

19. & 17. 3.

20. Si enim inimicos servorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, dans tempus & locum, per que possent mutari a malitia;

21. cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conventiones dedisti bonarum promissionum?

22. Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam.

23. Unde & illis, qui in vita sua insensate & iniuste vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, dedisti summa tormenta.

24. \* Etenim in erroris via diutius erraverunt, deos æstimantes hæc, quæ in animalibus sunt supervacua, infantium insensatorum more viventes.

25. Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti.

26. Qui autem ludibris & increpationibus non sunt correcti, dignum Dei iudicium experti sunt.

27. In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illum, quem olim negabant se nosse, verum Deum agnovērunt: propter quod & finis condemnationis eorum venit super illos.

## CAPUT XIII.

*Vani quidem sunt qui ex creaturis Deum non agnoscunt, ipsas potius creaturas pro diis coluerunt: at illi longè stultiores qui opus artificis Deum dicunt, ab insensato idolo futura interrogantes.*

1. **V**ani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnovērunt quis esset artifex:

2. \* sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aërem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt.

3. Quorum si specie delectati, deos putaverunt: sciant quod si dominator eorum speciosior est, speciei enim generator hæc omnia constituit.

4. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis:

5. a magnitudine enim speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri.

6. sed tamen adhuc in his minor est querela, Et hi enim fortasse errant, Deum querentes, & volentes invenire.

7. \* Etenim cum in operibus illius conversentur, inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur.

8. Iterum autem nec his debet ignosci.

9. Si enim tantum potuerunt scire, ut possent æstimare sæculum: quomodo huius Dominum non facilius invenerunt?

10. Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

11. \* Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte suâ usus, diligenter fabricet vas utile in conversationem vite,

12. reliquis autem eius operis, ad preparationem escæ abutatur:

13. & reliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum curvum, & vorticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imaginî hominis,

14. aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubricâ, & rubicundum faciens fuce colorem illius, & omnem maculam, quæ in illo est, perliniens:

15. & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro,

16. ne fortè cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adiuvari set imago enim est, & opus est illi adiutorium.

17. Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquiri. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est:

18. & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inuito invocatur.

19. & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

## CAPUT XIV.

Utilis inventio navis, quæ etiam tempore diluvij semen humanum servatum est: idolum autem maledictum est cum suo fabricatore; & quod fuerit idolorum idololatriæque exordium & progressus, item quæ mala ex idololatriâ procedant.

1. Iterum alius navigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante se, fragilius lignum invocat.

2. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, & artifex sapientiâ fabricavit suâ.

3. Tua autem, Pater, providentia gubernat: quoniam dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam.

4. ostendens quoniam potens es ex omnibus salvere, etiam si sine arte aliquis adeat mare.

5. Sed ut non essent vacua sapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas suas, & transeuntis mare per ratem liberati sunt:

6. \* sed & ab initio cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit sæculo semen navitatis, quæ manu tuâ erat gubernata.

7. Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia.

8. \* Per manus autem quod fit idolum, maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus est: illud autem cum esset fragile, deus cognominatus est.

9. Similiter autem odio sunt Deo impius, & impietas eius.

10. Etenim quod factum est, cum illo, qui fecit, tormenta patietur.

11. Propter hoc & in idolis nationum non erit respectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.

12. Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum: & adinventio illorum corruptio vitæ est.

13. neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.

14. Supervacuitas enim hominum hæc advénit in orbem terrarum: & idè brevis illorum finis est inventus.

15. Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem: & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tamquam deum colere cœpit,

& constituit inter servos suos sacra & sacrificia.

16. Deinde interveniente tempore, convalescente iniquâ consuetudine, hic error tamquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.

17. Et hos, quos in palam homines honorare non poterant propter hoc quòd longè essent, e longinquo figurâ eorum allatâ, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: ut illum, qui aberat, tamquam præsentem colerent suâ sollicitudine.

18. Proximitas autem ad horum culturam & hos, qui ignorabant, artificis eximia diligentia.

19. Ille enim volens placere illi, qui se assumpsit, elaboravit arte suâ, ut similitudinem in melius figuraret.

20. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tamquam homo honoratus fuerat, nunc deum æstimaverunt.

21. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectus, aut regibus deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.

22. Et non suffecerat errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno videntes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

23. \* Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigiliis habentes,

24. neque vitam, neque nuptias mundas iam custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat:

25. & omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum,

26. Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatibus immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitia.

27. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis.

28. Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut vivunt iniuste, aut peierant citò.

29. Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima sunt, malè iurantes noceri se non sperant.

30. Utraque ergo illis evenient dignè, quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idolis, & iuraverunt iniuste, in dolo contemnentes iustitiam.

31. Non

31. Non enim iuratorum virtus, sed peccantium poena perambulat semper in iustorum prævaricationem.

## CAPUT XV.

Vox fidelium suavitatem & misericordiam Dei commendantium, cuius gratiâ ab idololatriâ sunt servati: mirè quoque subsannati idolorum artifices ac cultores.

1. TU autem Deus noster, suavis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia.

2. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati.

3. Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis.

4. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores,

5. cuius aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.

6. Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

7. \* Sed & figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad usus nostros unumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit usus, iudex est figulus.

8. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto: ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillum reducit se unde acceptus est, repetitum animæ debitum quam habebat.

9. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam brevis illi vita est, sed concertatur aurificibus & argentariis: sed & ærarios imitatur, & gloriâ præfèct, quoniam res supervacuas fingit.

10. Cinis est enim cor eius, & terra supervacua spes illius, & luto vilior vita eius:

11. quoniam ignoravit qui se finxit, & qui inspiravit illi animam, quæ operatur, & qui insufflavit ei spiritum vitalem.

12. Sed & æstimaverunt lusum esse vitam nostram, & conversationem vitæ compositam ad lucrum, & oportere unde

cumque etiam ex malo acquirere.

13. Hic enim scit se super omnibus delinquere, qui ex terrâ materia fragilia vasa, & sculpsit fingit.

14. Omnes enim insipientes, & infelices supra modum animæ superbi, sunt inimici populi tui, & imperantes illi:

15. quoniam omnia idola nationum deos æstimaverunt, quibus neque oculorum usus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum.

16. homo enim fecit illos: & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere.

17. Cum enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his, quos colit, quia ipse quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem numquam.

18. Sed & animalia miserima colunt: insensata enim comparata his, illis sunt deteriora.

19. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspiciere. Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius.

## CAPUT XVI.

Ægyptiis ob idololatriam digna passis, Hebræi escam a Deo acceperunt: castigati tamen aliquantulum morsu serpentium, erecto serpente aëno sanati sunt a Deo: impij verò morte consumpti per locustas, muscas, & ignemque grandini mistum, cum illi accepto manna, satiati sint & confortati.

1. PROpter hæc, & per his similia passi sunt dignè tormenta, & per multitudinem bestiarum exterminati sunt.

2. Pro quibus tormentis benè dispositi populum tuum, quibus dedisti concupiscentiam delectamenti sui novum saporem, escam parans eis ortyometram:

3. ut illi quidem concupiscentes escam propter ea, quæ illis ostensa & missa sunt, etiam a necessaria concupiscentia averterentur. Hi autem in brevi inopes facti, novam gustaverunt escam.

4. Oportebat enim illis sine excusatione quidem supervenire interitum exercentibus tyrannidem: his autem tantum ostende-

\* Exod. 14. 22.

\* Genes. 6. 4. & 7. 7.

\* Pr. 13. 4. Baruch 6. 3.

\* Deut. 18. 10. Jer. 7. 6. 31.

\* Rom. 9. 21.

\* Pr. 113. 5. & 134. 16.

\* Num. 11. 31.

dere quemadmodum inimicorum exterminabantur.

\* Num. 21.  
6.

5. \* Etenim cum illis supervenit sava bestiarum ira, morsibus perversorum colubrorum exterminabantur.

6. Sed non in perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionem in brevi turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tue.

7. Qui enim conversus est, non per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te omnium salvatorem.

8. in hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo.

\* Exod. 8.  
24. & 10.  
4.  
Apoc. 9. 7.

9. \* Illos enim locustarum, & muscarum occiderunt morsus, & non est inventa sanitas animæ illorum: quia digni erant ab huiusmodi exterminari.

10. Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adveniens sanabat illos.

11. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter salvabantur, ne in altam incidentes oblivionem, non possent tuo uti adiutorio.

12. Etenim neque herba, neque malagma sanavit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia.

\* Deut. 32.  
39.  
1. Reg. 2. 6.  
Tob. 13. 2.

13. \* Tu es enim, Domine, qui vite & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis: A

14. homo autem occidit quidem per malitiam, & cum exierit spiritus, non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est:

15. sed tuam manum effugere impossibile est.

\* Exod. 9.  
23.

16. \* Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt: novis aquis, & grandinibus, & pluviis persecutionem passi, & per ignem consumpti.

17. Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat: vindex est enim orbis iustorum.

18. Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem.

19. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis, exardescibat undique, ut iniquæ terræ nationem exterminaret.

\* Exod. 16.  
14.  
Num. 11. 7.  
Psalm. 77.  
25.  
Ican. 6. 31.

20. \* Pro quibus angelorum escâ nutriti populum tuum, & paratum panem de celo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem.

21. Substantia enim tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur.

22. \* Nix autem & glaciés sustinebant vim ignis, & non tabescebant: ut scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis fructus in grandine & pluvia coruscans.

23. Hic autem iterum ut nutrentur iusti, etiam suæ virtutis oblitus est.

24. Creatura enim tibi Factori deserviens, exardescit in tormentum adversus iniustus: & lenior fit ad beneficiendum pro his, qui in te confidunt.

25. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omnium nutritic gratiæ tuæ deserviebat, ad voluntatem eorum, qui a te desiderabant.

26. ut scirent filij tui, quos dilexisti Domine, \* quoniam non nativitatibus fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conservat.

27. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat.

28. ut notum omnibus esset, quoniam oportet provenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.

29. Ingrati enim spes tamquam hybernalis glaciés tabesceat, & disperiet tamquam aqua supervacua.

\* Deut. 8.  
3.  
Matt. 4.  
4.

### CAPUT XVII.

*Egyptij triduanas passi sunt invincibiles tenebras, cum incredibili timore & horrore; reliquæ orbis parte illustratâ lumine.*

1. **M**agna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indisciplinata animæ erraverunt.

2. \* Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitivi perpetuæ providentiæ iacuerunt.

3. Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt, paventes horrendæ, & cum admiratione nimia perturbati.

4. Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparentes pavorem illis præstabant.

\* Exod. 10.  
23.

5. Et

5. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpide flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

6. Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore percussus illius, quæ non videbatur, faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur.

\* Exod. 7.  
22. & 8. 7.

7. & \* magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.

8. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languiebant.

9. Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant: & ærem, quem nullâ ratione quis effugere posset, negantes se videre.

10. Cum sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis: semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia.

11. Nihil enim est timor nisi proditio cogitationis auxiliorum.

12. Et dum ab intus minor est expectatio, maiorem computat inscientiam eius causæ, de qua tormentum præstat.

13. Illi autem qui impotentem verè noctem, & ab infimis, & ab altissimis inferis supervenientem, eundem somnum dormientes,

14. aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: subitaneus enim illis & insperatus timor supervenerat.

15. Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.

16. Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset, ineffabilem sustinebat necessitatem.

17. Unâ enim catenâ tenebrarum omnes erant colligati. Sive spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos avium sonus suavis, aut vis aquæ decurrentis nimium,

18. aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus invisus, aut resonans de altissimis montibus Echo: deficientes faciebant illos præ timore.

19. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

20. Solis autem illis superposita erat gravis nox imago tenebrarum, quæ superventura illis erat. Ipsi ergo sibi erant graviores tenebris.

### CAPUT XVIII.

*Hebræi luce gaudent, & ducuntur columnæ ignis accipiunt, occiduntur omnia Egypti primogenita ab Angelo; Hebræi in seditione Core iram Dei provocant; sed in medio incendij liberantur, offerente Aaron incensum, & pro multitudine deprecante.*

1. \* Ancis autem tuis maxima erat lux & horum quidem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te.

2. & qui antè læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant: & ut esset differentia, donum petebant.

3. \* Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti.

4. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebat filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari.

5. \* Cum cogitarent iustorum occidere infantes: & uno exposito filio, & liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida.

6. Illa enim nox antè cognita est a patribus nostris, ut verè scientes quibus iuramentis crederentur, animæquiores essent.

7. Suscepta est autem a populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio.

8. Sicut enim læsisti adversarios: sic & nos provocans magnificasti.

9. Absconsi enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in concordia disposuerunt: similiter & bona & mala recepturos iustos, patrum iam decantantes laudes.

10. Resonabat autem inconveniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11. \* Simili autem penâ servus cum domino afflictus est, & popularis homo regi similia passus.

12. Similiter ergo omnes uno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles.

Nec



